

August Pfeiffer


**Sanctioris Literaturae Cultoribus In Universitate Wittebergensi S.P.D. : [P.P.
Domin. I. Post Epiphan.. Anno MDC LXVIII.]**

[Wittenberg]: Wendianis, [1668]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn794236707>

Druck Freier  Zugang






Ca - 345.¹⁻⁸

91

Bibliotheca
Academica
Rostochiensis



SANCTIORIS LITERATURÆ
CULTORIBUS

IN UNIVERSITATE WITTEBERGENSI


S. P. D.

M. AUGUSTUS Pfeiffer/
Lawenburgâ Saxo,

Lingg. Orientalium Professor

Publicus Extraord. & Facult. Philos.

Adjunctus.



LITERIS WENDIANIS.

6.

Quamquam in Lingvæ Sanctæ laudes, præsertim inæstimabiles in SS. Theologia usus, exspatiaturo latissimus undiq; pateat campus, veremur tamen, ne nobis eò promoturis pedem πολυθευλ-λησiv illud obvertatur: *Laudat venales, qui vult extrudere merces.* Et eum nostrum agnoscamus, ad pedes Theolo-

- gorum confidere, vix effugerimus nomen nescio cujus. *ἰπωρῶπλας*, quasi conemur hic aliis præire viam, vel ostendere, quò vel quâ sit eundum. Quin tacentibus nobis, *Matth. Flacius*, ^a *D. Gerbardus*, ^b *D. Glassius*, ^c *DN. D. Calovius*, ^d *Hackspanius*, ^e *Fr. Junius* ^f *Tb. Erpenius*, ^g *P. Martinius*, ^h *Sixt. Amama*, ⁱ *Cbr. Cartwrightus*, ^k *Br. Waltonus*, ^l *Hottingerus*, ^m *D. Wasmuthus*, ⁿ aliive tot Lingvæ Hbrææ recludunt Thesauros, ut illorum gazis addere nostrum teruncium nil opus videatur. Quò tamen & excitentur, qui non sunt *ἀποκρίσεις*, & à nobis simul --- *procul atra recedat Invidia atq; aliò liventia lumina stectat*, lubet hac vice nostratium Theologorum vota legere, cum ii omnium optimè judicent, & qui profecerint, & quâ sequendum sit. *Felices enim artes* judicat Hieronymus, ^o *si de iis soli artifices judicent*: Agmen autem jure ducit Theander noster LUTHERUS, qui in aureo *de erigendis Scholis* libello p. hoc argumentum ante omnia occupavit. Nec benevoli Lectoris patientiam læsum iri speramus, si delibemus inde nonnulla, idq; nativo idiomate, ne expiret emphasis & enthea svada Megalandri. Ita ergò inter alia Lutherus: *Lasset uns das gesagt seyn/dasß wir das Evangelium nicht wohl werden erhalten ohne die Sprachen. Die Sprachen sind die Scheiden/darinn das Messer des Geistes stecket. Sie sind der Schrein/ darinnen man die Kleinod*
- ^a *Adhort. ad Stud. L. Ebr.* ^b *Clav. Sc. P. II. Tr. 6.* ^c *Metib. stud. Theol. P. II. f. 1. c. 1.* ^d *Omt. de L. Ebr. in fin. l. 2. Phil. S.* ^e *Epist. dedic. Ifag. Theol.* ^f *Omt. de necess. Philol. in Theol.* ^g *Ellog. L. Ebr. pref. Gmm.* ^h *Or. de L. Ebr.* ⁱ *Pref. Tech.* ^j *Or. de Barbarie & Paresesi ad ord. Belg. Antib. Bibl. l. 1.* ^k *Pref. Elect. in Genesin.* ^l *Proleg. 3. n. 26. f. m. Smeg. Orient. c. 1. ad 5. n. Programm. o. Tom. 1. Epist. ad Pansmachium. p. habetur T. II. Jen. Germ. à f. 454. f. T. VII. Witt. Lat. f. 438. f.*

2
Kleinod trāget. Sie sind das Gefäß/ darinn man diesen
Tranc fasset/etc. Ja/wo wirs versehē/das wir (da Gott
für sey) die Sprachen fahren lassen/so werden wir nicht
allein das Evangelium verlieren/sondern wird auch end-
lich dahin gerathen / das wir weder Lateinisch noch
Deutsch recht reden oder schreiben können. Et infra :
Die Sophisten haben gesagt/ die Schrift sey finster/
haben gemeynet/Gottes Wort sey von Art so finster/und
rede selzam. Aber sie sehen nicht/das aller Mangel liegt
an den Sprachen/sonst wäre nichts leichter je geredet/
als Gottes Wort/ wo wir die Sprachen verstünden.
Ein Türcke muß mir wohl finster reden/welchen doch ein
Türkisch Kind von sieben Jahren wohl vernimmt/die-
weil ich die Sprache nicht kenne. Darumb ist das auch
ein toll Fürnehmen gewesen/ das man die Schrift hat
wollen lernen durch der Väter außlegen/und viel Bücher
und Glossen lesen. Man solte sich dafür auff die Sprachen
begeben haben. Denn die lieben Väter / weil sie ohne
Sprachen gewesen sind / haben sie zuweilen mit vielen
Worten an einen Spruch gearbeitet / und dennoch nur
kaum himmach geahnet/und halb gerathen/halb gefehlet.
So läuffestu denselben nach mit viel Mühe / und könntest
diweil durch die Sprachen denselbigen viel baß selbst ra-
then denn der/dem du folgest. Denn wie die Sonne gegen
den Schatten ist / so ist die Sprache gegen aller Väter
Glossen. Weil dann nun den Christen gebühret/die H.
Schrift zu üben als ihr eigen einiges Buch / und eine
Sünde und Schande ist/das wir unser eigen Buch nicht
wissen / noch unsers Gottes Sprache und Wort nicht
kennen/so ist es noch vielmehr Sünde und Schande/das
wir nicht Sprachen lernen / sonderlich so uns Gott ist
darbeut und giebt Leute und Bücher/und allerley / was
darzu dienet/und uns gleich darzu reizet/und sein Buch
2 2
gern

q. Tom. III.
Jen. Lat. fol.
444. b.

gerne wolt offen haben. O wie froh solten die lieben
Väter gewesen seyn/wenn sie hätten so können zur Heil.
Schrift kommen/ und die Sprachen lernen/ als wir
könten/etc. O wie schändet ihr Fleiß unsere Faulheit/
ja wie hart wird Gott auch rächen solchen unsern Unfleiß
und Undanckbarkeit. Hæc & plura alia illic Lutherus,
quæ stimulum in *μισοβελτω* animis relictura omninò
confidimus, uti & illud ejusdem *εὐλαστουα* ab initio enar-
rationis in Psal. XLV. 9. *Sape monui, ut Ebraam Lingvam*
discretis nec eam ita negligeretis. Et mox: *Quare serio vos*
bortor, ne eam negligatis. Periculum enim est, ne DEUS hac
ingratitude offensus, priuet nos non solum cognitione hujus
Sanctæ Lingvæ, sed & Gracæ ac Latine, & totius religionis.
Quam facile enim ei est excitare barbarum aliquem populum, ut
hæ Lingvæ unà intereant. Et cum lingvam Ebraam iterum
iterumq; commendasset, subjicit: Scio, quantum mihi
contra meos hostes profuerit. Quare hac quantulacung, cog-
nitione (quæ beatissimæ animæ modestia est) in finitis millibus
aureorum carere nolim. Et vos quoq; dabit is operam, qui ali-
quando docebitis Religionem, ut hanc Lingvam discatis, si non
pecora campi & indoctum vulgus haberi vultis, quod editis Ger-
manicis libellis adjutum, ut cunq; Evangelia Dominicalia & Ca-
techismum docet. Plura ex iplo non adducimus, cum in
proclivi cuivis sit, *ὅτι ἡ γραμματικὴ τῆς Ἑβραϊκῆς γλώσσης.* Mar-
tino-Luthero suffragatur MARTINUS CHEMNITIUS. Non
possumus, ait, custodes esse doctrinæ divinitus repurgatæ, nisi
Grammaticam discamus & amemus. Utrique succinit D.
FRANTZIUS non uno in loco. Hebrææ, inquit alicubi, &
& Gracæ Lingvæ studium deferere non potest Theologia. Studiosus
& Theologus, quamdiu hanc facultati in his terris operam aliquam
navabit. Et alibi: Nisi Lingvam Spir. S. intelligat interpretes
Scripturarum, nec seipsum, nec Ecclesiam edificabit aut juvabit.
Malum est, quando lingvæ Sp. S. interpreti sunt sicut tibia &
sicut cithara & sicut alia in anima, quæ sonum quidem edunt, citra
tamen.

r. P. II. LL.
Theol. p. 622.
conf. & p. 549.
& c.
s De Interpr.
SS. p. m. 11.
t Præf. Tr de
Interpr. S.S.
p. 5.

tamen distinctionem. Imò quando sunt ipsi veluti homo barbarus
aut Turcicus aut Indianus Germano, qvi nec Barbaram nec Turci-
cam nec Indicam linguam vel legere vel intelligere novit. Talis
interpres cogitur oculis alienis videre, auribus alienis audire, cogi-
tur habitare in alterius cerebro, intellectu & iudicio. Et tunc facile
contingere potest, quod habet Christus Luc. VI. v. 39. Nunquid
potest cæcus cæcum ducere, nonne ambo in foveam cadunt? Qvini
& contemtoribus horribile carmen denunciat: u. De dili-
gentiâ in Hebrais collocanda dixi, & eum, qvi secus fecerit, occa-
sionibusq; adolescentiæ & Academiæ vitæ abusus fuerit, nec funda-
menta intima fontium comparare sategerit, divinam vindictam
experturum pronuncio, id quod & ante eum Lutherus dixe-
rat. Nec minus graviter nos monet Venerandus senex
B. D. JAC. MARTINI libro Germanico, quem Speculum
Rationis inscripsit, verbis inter alia hisce: x. Wer im Stu-
dio Theologico recht und wohl studiren will/muß Gram-
maticam hoch halten/ und allerhand Sprachen lernen/
damit er nicht per Interpretem, sondern den h. Geist in
seiner selbst eigenen Sprache hören/ Ihn verstehen/ und
mit Ihm reden/von den Versionibus iudiciren/die Wie-
dersacher/ so die fontes turbiren/hindertreiben/confutir-
ren und mächtig überwinden könne. Was bedarff es viel
Worte? Es werden auffer allen Zweifel die Sprachen ge-
zehlet unter die Gaben/welche von Gott dem h. Ernn zur
Erbauung der Kirchen gewiedmet/verordnet und gege-
ben sind. Et quid inter Theologum Ebraicè doctum &
à vesperio inter sit, ita exponit: y. Der gelehrte und per-
fectior Theologus kan mit dem h. Geist in seiner Sprache
selber reden/das kan der gemeine Prediger und der Ven
nicht thun. Derwegen so kan auch jener sich fester fundi-
ren/als dieser. Dann jener bedarff nur den Glauben der
Worte des h. Geistes. Dieser aber das nicht allein/sondern
muß auch dem Interpreti und den Dolmetschen gläuben;
Hat derselbige recht vertiret/so list und verstehet er auch
A 3 recht/

u. De Inter-
pret. S. S.
p. m. 451.

x. L. II. c. 11.
p. 818.

y. L. II. c. 40.
p. 114.

z. *Præf. ad Lect. Tom. VIII. Comm. in Apocal. a. Præf. Exercit.*

b. *Method. Stud. Theol. p. 48.*

c. *Offic. Bibl. p. 680.*

d. *Prol. 1. Gr. Ebr.*

e. *Idea B. Int. p. 73.*

recht/hat er aber in der Version gefehlet/wie dann solches leichtlich geschehen kan/so wird er auch betrogen und in Zerthumb geführet/etc. Nobilis. Theologus D. MATTH. HOE cum ex Hieronymo atq; Augustino in eandem sententiam quædam allegasset, inter alia addit: z. *Ipsimet Romanensis saniores, conscientia stimulis convicti, non potuerunt dissimulare, tutissimum esse, si ad fontes Hebræos & Græcos recurramus. Pontificii vigilant (queritur D. JOH. TARNOVIUS, a.) tandem vigilante Photiniani, dum omnes Biblia Sacra in fontibus perlustrant, &c. Nos verò maximam partem dormimus securi, nec fontes multum curamus, versionibus solis delectati. Sed & laboriosissimus D. GERHARDUS audiendus est. Miserum est, ait ille b., in re tanta (expositione SS.) alienis videre oculis, eum præsertim, qui aliorum oculus est constitutus, ac fieri nequit, quin aliorum iudicio innitens aliquoties fallatur. Concludimus igitur Hebrææ Lingvæ cognitionem Theologo esse necessariam, ut fontes ipsos V. T. adire, proprietates & euφαινει vocum investigare, doctrinas in una sapius voculâ latentes perquirere, textum solidius explicare & pressius adversarios refutare possit. Nec prætereundus B. D. WALTHERUS, diligentissimus Scripturarum scrutator, qui affirmat c. non firmiora aut tutiora argumenta peti posse, quàm quæ ex Grammatica & loquendi more à Sp. S. usurpato, arcessantur. In Lingvâ Ebræa, alibi dicit, d. maximam Theologiæ partem quasi absconditam latere, sine hoc fonte S. Scripturam nunquam solidè intelligi, nunquam fideliter propagari, nunquam contra adversarios feliciter defendi, nunquam satis tutè exponi posse. Desideratissimus D. D. DANHAEVERUS b. r. e. obscuritatem vocum & phrasæ non inter alia oriri docet ex ignorantia Lingvarum & idiotismorum & homines horum rudes dicit sequi incertos ignes, quos teorologici fatuos appellant & in errorum diverticula imprudentes labi: de facie hominis ex imagine judicare, prototypo non consulto. Absurda, subjicit, omnia periculosa omnia, idq; aliquot exemplis confirmat. E vivis adde mus Theologorum clarissimum D. D. CALOVIUM, Præcepto*

ceptorem nostrum venerandum & immortale hujus Aca-
 demia decus, qui longos diuturnus eat cum pace per annos! Si,
 inquit ille, f. Ebraea & Graeca lingua culturam cum istis (Philoso-
 phicis) studiis contendamus, nequaquam Novatoribus asurgere
 possum, ut illam bisce postponendam censeam, nedum ut ea, quae ab
 bis expectantur praesidia, cum illis, quae à linguarum originalium
 notitia haberi possunt, collata vel certiora vel magis necessaria cre-
 dam. Quid enim lingua aliud sunt, quam clavis aurea, qua re-
 cluduntur intima SSA penetralia & thesauri in verborum divino-
 rum occultis, omnibusq; linguarum imperitis planè in viis thalamis
 reconditi? &c. Verum sapienti sat: de nostro nec verbu-
 lum addemus. Cujus enim animum tot Orthodoxorum
 Theologorum monita nihil afficiunt, tunc calidus sanguis
 vel rerum inscitia vexat. Sed vel latior nostrorum tempo-
 rum facies nos blandissimè invitare videtur ad sacra hæc
 studia alacriori animo capeffanda. Transit rude illud
 & inficetum seculum, quò Græcè nosse suspectum esset Ebraicè
 penè Hereticum. s. Nec nostra tempestate (Jehovæ sit peren-
 nis gloria) opus est vel cum Origene^{b.} aliisve in seros annos
 ultimamq; senectutem, ubi claudicat ingenium delirat linguaq;
 mensq; hæc studia differre; vel cum Hieronymo^{i.} aliquot
 recutitos literiones Marrucinos alere; vel cum Reuchlino^{k.}
 singulos aureos in singulas horas impendere: vel cum
 Grafero^{l.} ob unam alteramve vocem Ebraicam ad aliquot
 millia excurrere; vel cum Forstero^{m.} longo tempore in
 Synagogis Judæorum versari suasq; facultates in Rabbinos
 profundere; multò minus cum Job. Bæschenstein^{n.} ob
 Ebraismū apud Judæos & Christianos sese vitæ fortunæq;
 periculis exponere. Omnia hodie subsidia per DEI gratiam
 domi præstò sunt affatim & (quod dolendum) invitis non-
 nunquam obtruduntur. Nulla lingua in toto terrarū orbe
 doctores simul plures & pauciores cultores reperit, atqve
 Ebraea, quæ intra sesquiseculum ultra sexaginta Gramma-
 ticarum scriptores è solis Christianis nacta est. Imò coe-
 perunt.

f. Epist. ded.
 Isag. Th. B.
 4. b.

g. Claud E-
 spensaus E-
 pisc. Gallus
 ad 2 Tim. 3.
 h. Hieron.
 Cat. Script.
 Eccles.

i. Quatuor
 recens. Ban-
 gius Cal. O-
 rient. Exert.
 3. p. 220.

k. Bismarck
 in ejus vita.


l. In ultimis
 verb. p. 35.
 Pref.

m. Lex. Ebr.
 Pref. circa
 finem.

n. Hottings.
 Smegm. Ors.
 p. 20.


perunt nonnulli, quo plures allicerent discipulos, nescio
quæ parare ἀλώματα, infundibula, horologia & quasi cre-
pundia, non tam quod ipsi crederent linguam Ebræam esse
animalculum quoddam ἐφήμερον vel unius roridæ noctis
fungū, sed fortè ut aliis id persuaderent. Nec modò Ebræa
mater, sed & cœteræ Orientales filia à politioribꝫ ingeniis
passim, præsertim in incluta hac Academia, ambiuntur. Id
verò omne meritò acceptum fertur providæ curæ & muni-
ficentiæ Serenissimi & Potentiss. Electoris Saxonie DN. JOHAN-
NIS GEORGII II. Domini & Nutritij nostri Clementissimi,
qui ut Lingg. Orientalium studia, ab Excellent. DN. ANDREA
SENNERTO, Philologo Acad. nostræ Ordinario, Præceptore
atq; Collega summopere colendo, cujus præclara in rem
literariam, in me & bonos quosq; merita nec ventura silebunt
Lustra nec ignota ropiet sub nube vetustas, felicissimè culta, pro-
pagata & ad ἀκμὴν perducta, tantò lætius floeant & partum
decus tueantur, earundem Professionem Extraordinariam
mihi benignissimè demandavit. Cui mandato humillimè
pro virili mea obtemperaturus à LINGVA SANCTA auspicia
capienda duxi. Præcepta quidem Grammatica è Systemate
ἀνεβασίτω Trostio-Senneriano, quanta potero industria &
ἐυστροφία exponam; praxios loco Grammaticam & Philo-
logicam libelli JONÆ PROPHETÆ tractationem è
δωδεκαπρόσῳτῳ subjungam, & in majorem DEI gloriam com-
modumq; discendum formale significatum radicum Ebræarum
& vocum derivatarum emphasin atq; ἐνέργειαν juxta leges Philolo-
gorum feliciter eruendi præibo modum, eoq; unice χερσίν τε πῶν
τε καὶ θειῶν, ut ille ait, enitar, ut profim; quod si impetravero DEO
dante, felicior me censebo, Quàm si me liquidus fortuna rivus inau-
ret. Quare Φιλεβραῖσι omnes humanissimè & officiosissimè invita-
tos atq; rogatos volo, me sibi in cursu linguarum si non ducem viæ,
haud injucundum tamè comitem, adsciscere, suâq; frequentia mihi
ad strenuè pergendum iter, quod ingredior, calcar addere & mea
qualicumq; χειραγωγία frui haud gravatim dignentur. Cœterum
die crastini Hora I. in Auditorio Philosophorū fiet initium operæ,
volente Domino. P. P. Domin. I. Post Epiphan.

Anno c̄lo Ioc LXVIII.



R Heydtmann





the scale towards document

remus alios, quorum labores non admit-
les. Illum ex parte contigimus, neque de-
te, desperamus. Eo cerrè animo, post-
acra generali haud ita pridem defuncti su-
dam *Critices Sacrae speciem*, Deo duce, pro-
em, dum *voces peregrinas Sacro-Profanas*
edimur. Tractationis nostræ sequentia
De vocibus peregrinis V. T. puta Syriacis
וגר *Gen. 31. 49.* Samaritanis. E. c. נרגל 2. Reg.
, ut כני *Esa. 56. 11.* כיון *Amos 5. 25.* Perficis
כ/דרוש/חסר, &c. & appella-
נשתן/פורום/אחשתרנים/אחשרפנים/אדרגנו/
Egyptiacis E. c. צפנת פענח *Genes. 41. v. 45.*
כורת/פסנתרין/סומפנויה/ &c. II. De voci-
N. T. puta, Ebraicis, ut ἐμμανηλ, ἀλλη-
θαδδαν, χερσβια, &c. Hierosolymitanis, ut
ε, γολγοθα, εφφαθα, ηλι ηλι λαμα σαβαχθνι,
αβα, ρακα, ταλιθα κημι, &c. Arabicis, ut:
, &c. Egyptiacis, ut: ρουφαν, ιαννης, ιαυ-
nas non curamus. III. De controversis
is. Sic disputatur & in quibusdam his est
מ נובי *Soph. 3. 18.* כרנמה *Prov. 26. 8.* & σαρδαειον
ginis Latinæ? Num /כרוזא/ כרתים/ כרתמים
כס &c. sint Græca? Num /זן/ כר/ &c.
sint Chaldaica? An λίτρα Samaritanum?
unicum? An הגר אלגומים, &c. Arabica, &
bica extent? An פרדס, γάζα, &c. Persica?
henicum? An /סחר/ טטפור/ חרטמים
ש/ צפרדע/ אכרד/ מן/ כנה/ λιβερετιν, &c.
um *Candaces* nomen Habesfinum? An
gine Indicum? &c. IV. De terminis in-
diastica *Maronitarum, Jacobitarum, Coptita-*
um, Habesfinorum, &c. frequentatis, de
vocibus